UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXIV. De Donationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

gere hoc ceſſioni beneficio; & nihilominus gaudere beneficio competentiæ, neque trahi poſſe in carcerem; exemplo militis. *ar dus h. t. l. Miles 6. & l. 18. D. de re jud.*

De Donationibus.

TIT. XXIV.

Tit. hunc de donationibus fortè ideò S. Pont. ſegregavi à contractibus, ut à donationibus propriis, de quibus hic agitur, perveniret paulatim ad ultimas voluntates, quæ etiam quædam ſunt donationes, ſed impropriæ.

Quid eſt Donatio?

Est liberalitas, quæ fit nullo jure cogente. *l. 1. in pr. & l. Donari 29. D. h. t.*

Quotuplex eſt Donatio?

Alia eſt mortis cauſâ, quæ fit propter mortis ſuſpicionem: eſtque impropria hæc donatio, quia non fit ex mera liberalitate. Alia inter vivos, quæ fit ſine ulla mortis ſuſpicione, ex mera liberalitate; & eſt hæc pura, ſimplex & propriè dicta donatio.

Dona-

Donatio hæc qualiter fit?

Jure veteri non perficiebatur, niſi donator rem tradidiſſet, aut donatorius ſtipulatus eſſet ſibi rem tradi. Nec donator poterat ullâ actione cogi dare, quod donaſſet, & non tradidiſſet: quia donatio hujuſmodi eſt nudum pactum, unde jure civili non naſcitur actio. Hodiè verò ex Juſtiniani Conſtitutione donatio etiam ſolo conſenſu ſeu voluntate perficitur, teneturque donator rem donatam tradere, quemadmodum venditor tenetur rem venditam tradere, etiamſi fortè donatarius non eſſet ſtipulatus rem ſibi tradi.

l. 20. D. de reb. cred. l. 1. & l. Quiſquis 28. C. h. t.

c. 1. h t. l. c. Si quis argentũ 35. C. eod. & §. alia autem Inſt. eod.

Quid donare poſſunt?

Donare poſſunt omnes, qui liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem habẽt; ut clerici de bonis ſuis patrimonialibus, quorum ſunt plenè domini, & de quaſi patrimonialib⁹; deq; bonis intuitu Eccleſię acquiſitis, de fructibus ſcil. & proventibus ſuorũ beneficiorũ ex magis recepta & probabili ſentẽtia. Res verò ipſius Eccleſiæ, etiam cui ſerviunt, Clerici donare non poſſunt: ut neque Prælatus res Eccleſiæ, cui præeſt, quia nõ eſt dominus rerũ Eccleſiæ

ſed

ſed procurator. Plus tamen juris in rebus Eccleſiæ ſuæ Prælatus habere videtur, cùm certis caſibus donare poſſit res Eccleſiæ, quam procurator, qui ſine ſpeciali mandato domini nihil donare poteſt. *Sarm. De reditib. Eccleſ. p. 2. c. 1. & 2 l. 63. de procurat.*

Quibus ergo caſibus licet donare res Eccleſiæ?

Permiſſum id Epiſcopo in diœceſi ſua monaſterium vel Eccleſiam aliquam conſtruenti & dotanti ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet, modò dos definitam quantitatem quinquageſimæ vel centeſimæ partis redituum illius Eccleſiæ non excedat. Item permiſſum Abbati de rebus monaſterii ſui donationem aliquam facere, modò id modicè fiat, & quatenus fert loci conſuetudo. *c. 9. h. t. & can. bona rei 74. XXI. q. 3. c. 3. h. t.*

Donatio ſemel perfecta an revocabilis?

Non niſi juſta cauſa revocari poteſt, puta ob ingratitudinem donatarii erga donatorem; ut ſi manus impias, atrocem injuriam, grave dãnum donatori intulerit, aut vitę inſidiator fuerit. Quod tamen ad donatoris, qui tacuit nec revocavit, hæredem non extenditur, quia revocatio hæc vindictam ſa- *l. ult. C de revoc. donat. & c. ult. h. t.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſapit ingratitudinis ipſius donatarii, quæ cum perſona extinguitur.

d.c. ult. in fine.

Quid cenſendum de donatione Conſtantini M. Imp. facta Eccleſiæ?

Hanc revocari poſſe, imò revocandam, quidam perſuadere conantur: tum quia nimium profuſa & immenſa, exhauriens Imperii vires: tum etiam quia res donatæ nō fuerint Cōſtantini propriæ, ſed ipſius Imperii, quæ propterea uti alienæ, validè alienari non potuerint. At contra adferendum eſt, eā tanquā ſacroſanctam prorſus inviolabilem & irrevocabilem eſſe: cum quod ſemel Deo dicatum & conſecratum eſt, non ſit ampliùs ad uſus profanos traducendum. Fuiſſe autem revera factā, non factam, hujuſmodi donationem (cùm & hoc nonnulli controvertant, Eccleſiæ Romanæ aut hoſtes, aut minùs æque de ea ſentientes) probatur in primis teſtimonio Gratiani collectoris veterum Canonum, tum plurium aliorum auctoritatibus, diverſiſque donationis conſtantinianæ formulis, iiſque conformibus.

l.6. ſacra autē res. D. De rer. diviſ. can. De reb. XII. qu.2. can. Conſtantinus diſt.96. Vid. Covar. 4. Var. c.16. n.8. Boet. Epon. Heroic. qu. l.2. q.3. per tot. Gudel. de jure noviſſ. li. 6. c.2.